

ORATIO ^{AT}
IN FVNERE VIRI
ILLVSTRISSIMI
IACOBI SVPERANTII

PROSPERI DE GAMBARIS
*cognomine FRANCIOSINI, Clerici Veneti,
Seminarij Patriarchalis alumni.*



VENETIIS, M D C.

Ad Signum Leonis.



II

ADMODVM ILLVSTRI ET REVERENDISSIMO

I. V. D.

D. IOANNI MOZZANEGAE,
Sedis Apostolicæ Protonotario, atq; Illu-
strissimi Cardinalis, Venet. Patr. Vicario
Gen. meritissimo.



Hemistoclem, summum illum Athe-
nis virum, cum ex eo quæreretur,
cuius dictum, aut vocem libentissi-
me audiret, eius respondisse ferūt,
à quo suā virtus opt. prædicaretur.
Nouerat. n. vir Clariss. trahi nos omnes laudis stu-
dio, exiguum nobis vitæ curriculū naturam circū-
scripsissæ immensum glorie; neq; vllam aliam mer-
cedem laborum, periculorumq; virtutem deside-
rare præter hanc laudis, & glorię quæ noctes, atq;
dies mortaliū animos bonorum stimulis concitat,
quæ vitæ breuitatem posteritatis memoria cōso-
latur, quæ efficit vt absentes adsimus, mortui vi-
uamus, cuius gradibus homines in cælum vsq; vi-
dentur ascendere; Nouerat opificibus etiam ipsis
gloriæ igniculos ingenitos, quid. n. Phidias sui si-
mitem speciem in clypeo mineruæ incluserit, cū
inscribere non liceret; Nouerat priscos Philoso-
phos in ijs ipsis libellis, quos de contemnenda glo-

ria scribebant, nomen sum inscribere solitos, ut in
quo prædicatione, & nobilitatem despicerent, præ
dicari se, ac nominari uehent. Verum, ut ingenuè
fatear, oēs autem facile norunt, Perillustris ac Re-
uer. Pater, licet ea fuerint Iacobi Superatij uiri Il-
lustris. merita, eæ præclaræ functiones, ut gloriã
vna voce omnium, quo tempore ætatē agebat, sibi
compararit, quæ reticentia posterorū sepulta esse
nō poterit; illa tñ fuit modestia ornatus, ut laudes
promeritas, ex alterius sermonæ per oē vitæ tēpus
subterfugerit, q̄ res cū mihi hætenus aditū inter-
cluserit, quo summa viri humanissimi in me officia,
cū re ipsa nō liceret, orōne certè, quã Democri-
tus ὄψυ & οὐλῶ, operis umbrã appellarit, qualiscūq;
illa esset, cōpensarē, arripui occasionē diu optatã,
q̄ diuturni silentij (quo non equidē obliuione me-
ritorū, sed partim rei magnitudine, partim ingenij
tenuitate, ac nōdū firmatæ ætatis inscitia, deterri-
tus, vsus sum) finē hoc tēpore, quo agitur recēs de-
functi recordatio, afferet. Neq; .n. mihi vllō unquã
pacto satisfecissem, si tantã humanitatē, ac benigni-
tatē tacitus præterijssē, qua me in Florentis. Ve-
net. vrbis Gymnasio, in illo. s. inclito Patriarchali
Seminario, tuo èt splendore nō vulgariter, illustra-
to, vbi oīum litterarū genera propemodū nasci vi-
deantur, suscipiendū, ac imbuendū curauit, ut ab
Religiosissimis illis, tūm vitæ cādore, tūm litterarū
ornamētis, spectatissimis Patribus liberaliū disci-
plinarū, & morū præcepta imbiberē, quæ dux res
sunt

funt cuius ingenuo, ac liberali viro magnopere necessaria. Quam ob rem, tamen me illi debere fateor, ut eum vitae meae auctorem, Institutorem, conservatorem predicem, & quidquid litterarum ex eo veluti Pegaseo fonte, mihi comparavi, huius beneficentiae acceptum referam. Scio equidem me potius meo dicendi genere tanti viri preclarissimis gestis, tenebras offudisse, quam ea vel mediocriter illustrasse, sed nec erat, cur illustrarentur, quandoquidem meridiana ipsa Solis lucae clariora offerebantur omnium oculis suspicienda. Erat autem cur tuo nomine ipso pagellae limine maturitatem quandam consecutura in lucem hominum prodiens haec illustraretur oratio, multis quidem nominibus sed praecipue tamen ut Clientis tui ad gratiam (quantum certe licet) referendam propensa tibi voluntas, declararetur, tum ut innumeris meritis, ac officiis quibus me tibi, ceum vinculis quibusdam ferreis devinxisti, precoces hi mei fructus, consecrarentur, qui tuam humanitatem, ac beneficentiam immortalitati commendant, tum demum, ut tui nominis amplitudinis, ac auctoritatis rationem habentes desinant tandem malevoli quidquam impure, orationi huic meae, (paene dixerim, tuae detrudere ac meum suscepti muneris consilium, intelligant. Esse quidem iure quodam opt. poterat, cur Equiti Illustr. Procuratori Amplis. Ioanni Superantio, demortui Iacobi fratri Amantis. ceu lucidissimo cuidam inter Purpuratos Patres lumini fulgenti, cui vel solo germani nomine, ne dicam suis meritis omnia me debere existimo, haec inscriberetur oratio, sed

mirū fortasse cupiā visum fuerit, me illum Patro-
num cōstituisse, quē ipse Fraternus amor, ipsa ne-
cessitudo, ipse ē honor, qui totā familiā vel vnus
pstantissimi viri splendore collustrat, propensiorē
forsitan, q̄ par esset ad fratris defensionē suscipien-
dā, reddidisset. Quare inter cæteros plurimos, qb.
plurimū deberem, quiq; virtutū meritorūq; radijs
hinc, inde per totū terrarū orbē, vna oīum admira-
tione, coruscarent, te vnū, Reuer. P. deligēdū putā-
ui, cuius auctoritas dicēdi tenuitatem, ornaret, ac
tueretur, cuius merita, q̄ ad præclara huius Herois
recensenda facinora mihi desiderantur, cumulatē
admodū p̄soluerēt. Ita. n. factū iri putabo, vt oīum
oculis, (quæ tua fuerit humanitas honorificè ad-
modum explicari, atq; in lucē prodire possit orō.
Faxit interea Deus. o. M. vt paria aliquādo, re ipsa,
officia, meæ in te propensæ voluntati, arctissimisq;
beneficiorū tuorū vinculis, quæ me in dies magis,
ac magis deuinciunt, respondere queant, tu aut̄ so-
spitem vitā honestissimē, vt capisti, traducens, am-
pliores, quos tibi virtutes aperiunt, boniq; omnes
pollicētur, honoris gradus, ad quos ij solum euē-
hūtur, qui meritis, egregijsq; functionibus, veluti
strenuis qbusdā militibus, stipati, munitiq; sunt,
attingere queas. Venetijs 12. Kal. Sett. 1599.

Perillufris ac Reuerendiss. D. tue

Additissimus Cliens.

E I D E M
EIVSDEM TETRASTICHON.



*AMPLVMIS volucris; Pictoris fa-
cta figura*


*Arte, rudis, praesens hoc tibi mu-
nus erit.*

Adiice tu pennas; varios innecte colores,

Forma decens, oculis; plumea surget avis.


IN OBITU VIRI
ILLVSTRISSIMI
IACOBI SVPERANTII

Diodecastichon.

 *Scilicet* cadit herba recens, priscæ mox germine stirpis
Pullulat, & vires colligit illa novas.
Ast hominum genus infelix, quo tēpore primū
Aduenit exhausta, Parca seuera, colo,
Concidit, at rursus noua tangere limina vite
Fata vetant, priscos, & reuocare gradus.
Fortunate Pater longa defuncte senectæ
Ne cadis, at viuuit nomen ubiq; tuum.
Nam tua facta manent, operosaq; gloria rerum
Perdurans, auidos effugit vna rogos.
Discite mortales præclaram ducere vitam.
Non moritur moriens, qui bene vixit, homo.

Prosperi de Gambaris cognomine Franciosi.

O R A T I O .


GRAVE sanè onus, atq; imparem hu-
 meris meis prouinciam hodierno die me
 suscepisse conspicio Clariss. Venetiarum
 lumina, cæteri; quotquot adestis Au-
 ditores ornatissimi, quo diuinæ propemo-
 dum Illustrissimi viri Iacobi Superantij omni virtutum
 genere cumulatiissimi laudes, quas nulla terminet ætas,
 nulla deleat obliuio, sunt dicendæ; præclarissima facino-
 ra, quæ mortales omnes in summam admirationem tra-
 duxerunt, predicandæ; honestissimè tandem, ac integer-
 rimè uita transacta, quæ omnibus imitandum exemplar
 proposita fuit, arctissimis mihi beneficiorum uinculis ob-
 stricto, iure quodam optimo recensendæ. Sed quo pacto
 conciatæ de me opinioni (si qua fuit concitata) respon-
 deam; hunc dicendi pelagum percurram, collata in me
 merita ab ineunte usq; ætate breui nunc oratione compen-
 sem, nonintelligo. Quæ. n. tam uber dicendi copia inueni-
 ri, nedùm excogitari potest, quis tanta ui ingenij, atque
 eloquentia ornatus, qui præstantissima huius Herois ge-
 sta, in Deum Religionem, in Rempubicam officia, in
 pauperes commiserationem, qui sublimes honorum, ac
 dignitatum gradus, qui egregias animi dotes, ut taceam
 fortune bona, non solum complecti orando, sed ne quidem
 possit recensere numerando? At ea ipsa prorsus magnitu-
 do meritorum, rerum ubertas, & grauitas, quæ ani-
 mum deterret, languentem illum excitat, iacentem re-

uocat, afflictum erigit, & confirmat. Neq; n. illorum
unquam consilium probaui, qui rem leuiorem, ac faci-
liorem aut uant pertenuē, ac exile, quā quod uberrim-
um, atq; amplissimum sit, dicendi argumentum, per-
tractare. Ego quidem in animum semper induxi me-
rum, tenuem ac aridam orationis materiem à præstan-
tioribus solum ingenijs, ampliorem, atq; illustriorem uel
à mediocriter in Rhetorica facultate uersatis posse recen-
seri; quandoquidem qui ibi desiderantur, siue rerum, si-
ue uerborum ornatus, ipsa schemmata, ipsum plerumq;
argumentum, ceteraq; omnia non aliunde, quā ex ip-
sius oratoris industria, atq; eloquentia sunt petenda, cum
tamen hic facta ipsa, rerum magnitudo, & præstantia per
se loquantur, itaut non Oratoris Orator, ac exornatoris,
sed rerum tantummodò narratoris uices gerere uidea-
tur, quæ quidem omnia cum aditum ad dicendum uel
cuius mediocriter erudito patefacere possint; mihi uerò
maximè hodierna luce ex animi sententia patefaciunt;
quò singulares, atq; incredibiles quidem huius incliti uiri
uirtutes, quas tamen & auribus aliquando, & lumini-
bus ipsis plerumq; accepistis, atq; interdum una secū exer-
cuiistis recenseam, & tristem ac acerbum communem
hunc omnium luctum (licet sapientum hominum præ-
ceptis maxime aduersetur, qui recenti vulnere medicinam
adhiberi negant oportere) comprimam, doloremq; gra-
uissimum abstergam: Quamobrem, Auditores, qui la-
crymis iam modum ponitis, Deucalionis & partes agite.
Vt n. præduros ille lapides in mollia, ac tenella membra
commutabat, haud secus & uos aspera hæc, saxea, ac
inculta

*inculta verba in roseam, ac suauem (quæ uestra fuerit
 benignitas) orationem, conuertite. In more, institutio-
 quoque multorum positum est, (quod quidem scitè, ac ar-
 tificiose admodum factum uidetur) ut in huius generis
 orationibus laudes à patriæ claritate, splendore familiae,
 generis antiquitate uel in ipso narrationis limine, ducan-
 tur; quod à priscis illis usque temporibus apud posteros lo-
 cum obtinuit honestissimum, Vt. n. ortus nostri partem pa-
 tria, partem parentes uendicant, sic ex illustri Patria, ac
 claris parentibus ortum trahere, summa gloria ducatur,
 necesse est. Quare præclare admodum Atheniensium
 dux ille fortissimus Themistocles dixisse uideri potest, se,
 nimirum, si Seriphus natus esset, obscuro. loco, nullam
 nominis amplitudinem, nullam inter Ciues conditionem,
 nullos honoris, ac dignitatis gradus fuisse consecuturum;
 à qua sententia nihil fortasse Diuini Platonis authoritas
 abhorret, qui inter ea omnia, de quibus Dijs immortalibus,
 singulis quibusque diebus mirificas agebat gratias, plu-
 rimum se debere, atque in maximis ponendum fatebatur,
 quod in ea Ciuitate, quæ omnium nobilissima, ac celeberrima
 habebatur, Athenis ortum duxerit. Neque minus
 rectè ille alibi litterarum monumentis commendauit, nul-
 lum pulcriorem inueniri thesaurum posse, quàm bonis, et
 ingenuis procreatum esse parentibus, ut magis de nobilitate
 liceat, quàm de uirtute ipsa gloriari. Nemini ergo
 mirum uideatur ex hoc patriæ splendore, familiaeque cul-
 mine non vulgarem ad eximias uirorum clarorum lau-
 des, accessiorem fieri. Vt. n. splendorem generis commaculant,
 qui à parentibus nobilitatem quidem habent hereditariam.*

ditariam, sed eam ab acutis virtutibus degenerantes, labefactant, ita mirandam quoddam Deus ijs afferri putandum est, qui se ad maiorem suorum gesta, uitam, laudesq; componentes, ad præclara quæq; facinora obeunda præclarissimis Patrum exemplis, excitantur. Venetiarum autem nobilitatem, ubi tantus vir, tot virtutum semina in omnem terrarum partē, propagauit, si quis est, qui nesciat, is si ad eximios dignitatum gradus, qui huiusce generis uiris tribui solent animum, cogitationemq; conuertet; intelliget profectò talem, ac tantam esse, ut uel ipsi Ducum, Regum, Imperatorum filij, summorumq; Pontificum Nepotes, sanctæq; Romanæ Ecclesiæ Cardinales amplissimi, in nobilium Reipubl. præstantissimæ, Ciuium numerum, ascribi, maximè gestiant. O urbem nobilissimam, orbis totius Emporium Florentissimum, Religionis, Concordiæ, Pacis, Libertatis natale propèmodum solum, præclarissimum. O nobilissimas Familias, quæ hinc (ut uetus est adagiū) ueluti ex quo Troiano, ut tot, ac tanta egregia facinora ederent, fructusq; ferrent amplissimos promanarunt. Sanè superantiorum genus, & ex familijs huius Reipubl. trahitur nobilissimis, & inter eas summis fuis semper honoribus decoratum. Omitto hic plurimos, quos longum, ac prorsus superuacaneum esset recensere, cum uel mediocriter hystoriarum monumentis imbuto meridiana luce clarius, patefiant, Senatores Amplissimos, Procuratores, Principes integerrimos, qui non austam modò stirpis nobilitatem, conseruarunt, sed eam illustrarunt, & ad sydera usq; extulerunt; Heroas propè diuinos non secus ac Argiuos Argonautas delectos illos uiros, ut inauratam illam

arietis pellem peterent, uidelicet, ut honoris, & gloria, cuius
 igniculos, ac desiderium in omnium animis natura impres-
 sit, immortale decus, consequerentur. Recenserem. n. Ioan-
 nem Superantium Ducem, in Marini Georgij locum
 uno omnium applausu, bonorum omnium laetitia suffectū,
 qui non modo concitatae opinioni fauit, sed eam etiam au-
 xit, & miro quodam modo superauit. Singulari. n. reli-
 gione praeditus, qua omnium totius ferè orbis gentium be-
 neuolentiam in se, oculosq; conuerterat, Reipubl. quae ne-
 scio quo pacto à sacrorum usu; atq; fidclium communi-
 one, fuerat separata, ad pristinum sanctitatis, benedictio-
 nis, conciliationis statum, reuocauit, ea erant eius merita,
 ea apud Pontificem Maximum integritas uita, ea auto-
 ritas. Bellicae uero rei scientia, quae praeter ceteris unus fulge-
 bat, mirum, quae fortitudinis, in patriam beneuolentiae, sa-
 gacitatis, & industriae exempla posteritati reliquerit suspi-
 cienda. Iaderam. n. Enonam, Epetium, Tragurium, Si-
 binicum Reipubl. subiecit imperio, classem composuit, tri-
 remesq; aduersus Ligures, acerrimos tunc temporis Sena-
 tus hostes, congessit, Galateam suo sepsit exercitu, Pata-
 uijq; aduersus Verona Principem defensionem, certamēq;
 gloriosissimē, suscepit. In eam tandem semper curam, &
 cogitationem incubuit, quae sibi summam dignitatem ac
 gloriā, Reip. ornamentū. posteris exempla, quae iugerent me-
 moria saeculorum omniū, afferre possent. Dicerem Senato-
 res sexcentos, qui uberrimum rectè facturum, uiteq; lau-
 dabiliter actae, & cum uirtute traductae fructū collegerūt.
 Nō tacerē Iacobi aui Procuratoris Illustris. in patriā me-
 rita, qui ea fuit animi benignitate, ea munificētia, ut saepe,

ac sæpius diuitias, quibus plurimum poterat ad Reipubl.
usum, commodumq; ijs præcipue calamitosis miserisque
temporibus liberalissime transfunderet. Neq; sicco pede
transirem Franciscum parentem amantissimum, Senato-
rem amplissimum, Consiliarium integerrimum, ad cuius
domesticos lares, veluti ad quoddam Apollinis oraculum
vel in ipsis præsertim arduis, grauissimisq; rebus, omnes
hinc, inde confluebant, consilium petebant, responsa pro-
babant, probata mirificis ad cælum usq; laudibus, extol-
lebant, quem si aliquandiu præterea incolumen Dei beni-
gnitas, adseruasset, eius profecto uirtutes, merita, ciuium
beneuolentia, non illum ad Procuratoriam solum sed om-
nium amplissimam, summamq; dignitatem, euocassent.
Pertingerem præsentia Venetiarum lymina, Iacobos Be-
nedictos, Laurentios, Hieronymos, geminosq; Franci-
scos, Patruales Clariss. quorum uicissim alter alteri Ca-
storis, & Pollucis instar gradatim ad summos honores
aditum aperit, & patefacit. Horum n. unum uidit
Vincentia, Aristide ipso in sententijs ferendis equiorem,
omnium sibi ciuium animos ac beneuolentiam concilian-
tem, alterum uero Paternæ gloriæ emulum, ac sectatorem
presentem intuetur Hispania una omnium admiratione
legationem obeuntem, quam iam antea septimo, & qua-
dragesimo ab hinc anno, ætatis uerò suæ trigésimo secun-
do Ioannes Pater Illustrissimus, Iacobi frater obierat ubi
illud uirtutum specimen præbuerat, ita honorificè se ge-
nerat, ut ad equestrem dignitatem à Philippo Rege inui-
rissimo, fuerit euectus, Cuius quidem honorum gradus,
egregiasq; functiones, alacriter, lubentiq; animo expli-
carem,

8
cārem, tūm Præturas quas totius ferè Senatus suffragijs,
annuentibus populis Bergom: primū, mox Brixia, po-
stremò Patauij honestissime ac laudabiliter gessit, tūm le-
gationes, quas triennis, ut est moris, & eas, quas uo-
cant præter temporis ordinem, non semel, atq; iterū apud
Reges, & Pontifices Maximos suscepit Gregorium XIII.
& Pium V. diuinum illum virum, quocūm memorabi-
le illud, ac nulla ætate delendum aduersus Turcam te-
rerrimum Christiani nominis hostem fœdus inijs, tūm
demum maxime animi bona exponerem, quæ illi Pro-
curatoriam non immerito dignitatem gestientibus uel ip-
sis exteris gentibus, compararunt, & reliquum, quod
unum superest honoris decus, & culmen, pollicentur.
Sed hæc omnia missa faciam, necesse est, nequē.n. huc eo
accessi consilio, ut Iacobi Superantij laudes ex maiorum
suorum memoria, rebusq; domi, & foris fortiter pru-
denterq; gestis, quæ nulla possent historia, nullis littera-
rum monumentis concludi, aut ex Patriæ nobilitate, fa-
miliaq; claritate, petantur, quanquam & his omnibus
maximè possit illustrari. Hoc petant illi, quibus dicendi
deest argumentum; qui.n. suis abundat laudibus, cur one-
retur alienis? Sant hæc, fortune bona, quæ cuius sunt
communia; sed ipsa animi ornamenta ieiunam hanc meā
orationem locupletabunt, incultam excolent, inornatam,
illustrabunt. Ve.n. dicam quod sentio maior profectò per
hunc Maioribus suis, quàm huic per Maiores, dignita-
tis accessio facta est, nec tàm illum sua familia, quàm
familiam illustrauit ille suis meritis, Superantiam.
Quis.n. est, qui non compertum, ac exploratum habeat,
quod

quod uel à teneris , ut aiunt , unguiculis ; optima indolis
specimen præbuerit , quæ de seplanè heroica in ipsa ado-
lescentia , quæ ætate plurimi perditis sunt moribus , ad
uita procliuēs , turpiq; quadam uoluptate irretiti , spo-
ponderit , ac omnium expectationem superarit ? Exius
equidem ipse augurio respondit , quod tunc eo ipso Natali
die ab omnibus agebatur , Infantem scilicet , qui die illo
Iouis sanctiss. e celo spiritum haurire cepit , quo tempore
omnes summa probitate , ac morum candore dies tran-
sunt , atq; ad diuinum Numen proprius accedunt , ea
Religione , in Deum pietate , ea uite innocentia , ac inte-
gritate futurum , quam ipsa temporis ratio pattebatur ,
& religiosissimi parentes eo præsertim tempore , ut antea
quidem semper , sectabantur . Diuinabant fore , ut qui
Florentissimo anni tempore , iucundissimo Aprilis men-
se , meridiana ipsa luce , uitæ limen attingerat , Honori-
bus amplissimis , uirtutibus omnibus , ac omni officij genere
clarissimus , floreret , quod cùm primùm sapere cepit , cum
ætorum admiratione , incredibili quodam modo diuino fa-
uente Numine , plenissimè persoluit . Quo tempore enim
Magistrorum fidei (laudabile profectò Parentum insti-
tutum) commissus est , ex quorum industria , ac pru-
dentia ea haurire posset præcepta tùm litterarum , tùm
morum , quæ non modò adhuc ætatem pubescentem orna-
re sufficiant , uerùm etiam uirilem oblectent , senilem
alant , & sustentent , quibus nihil à Præpotenti Deo ube-
rius , nihil Florentius , nihil præstabilius hominum generi
datum est , ita in uirtutis studio excubauit , ut penè cum
lacte nutricis liberales disciplinas suxisse uideretur .

Hermogeni quidem inter Rhetores facile Principi uixdū
pubescenti præcipuo quodam natura munere ea admira-
bilis ingenio , ac memoria uis inerat , ut annos nactus octo-
decim ita processerit in eloquentiæ studio , & Rhetorica
facultate, ut artem rectè dicendi conscripserit, quæ ab om-
nibus magnopere commēdatur, & ad eum legentē Mau-
sonius Philosophus, aliq; grauissimi uiri hinc inde ueluti
ad Musæum quemdam leporem, confluerent . Cæterum
cū annū quartum, ac uigésimum attigisset, mente lapsus
dicitur, omniumq; penè rerū quibus animū excoluerat, ob-
litus . Hic autem adolescens à natura quidē ad oēs uirtu-
tes, ingenuasq; disciplinas miro quodam pacto accōmoda-
tum acepit, ingenium, sed tantūm abest, ut quæ semel in
animo infederant , exciderint ut etiā per omne uitæ tēpus
recenti memoria, conseruarit . Tenebat ille Platonis, cuius
dicto audiens semper fuit, auream sententiam, Res publicas
tūm demum beatas fore, cū Senatores , & qui Regimi-
nis clauum essent suscepturi omne suum studium in do-
ctrina ac sapientia capeffenda, collocaffent . Quare sic uitā
suam cepit instituere, ut nihil nisi decorum, graue, religio-
ne, ac sanctitate refertum ex eo ueluti ex uberrimo, ac in-
teggerrimo fonte, effluerit , Voluptatem autem , ex qua,
Architæ Tarentini sententia Patriæ proditiones, rerū publi-
carū euerfiones, nascuntur qua tēperatiæ, uirtutisq; omnis
domicilium eminus pellitur, atq; omne animi lumen ex-
tinguitur, quæ si funestam quandā pestem, ac luem ita fu-
garit , ut nihil sibi detestabilius , nihil duxerit , inuisus .
Rectè. n. Parens eloquentiæ Cicero, qui uoluptatibus, in-
quit, ducuntur, & se uitiorū illecebris, & cupiditatū le-
nocinijs

nocinijs dediderunt, missos faciant honores, nec attingant
Rempubl. patiantur uiros fortes labore, se ocio suo perfrui.
Duae sunt artes (eius quem modo memini, sent.) quae possunt
homines in amplissimo dignitatis gradu collocare, una Im-
peratoris, altera uiri boni, ab hoc. n. pacis ornamenta retinen-
tur, ab illo belli pericula repelluntur: disertorū uirorum ora-
tio, quo tēpore homines in montibus, ac syluis passim bestia-
rū more uagabantur, & victu ferino sibi vitam propaga-
bant, tantumq; habebant quantum manibus, ac uiribus per-
cedem, & vulnera aut eripere, aut retinere potuissent, dis-
sipatos unū in locum cōgregauit, & eos ex feris, ac imma-
nibus mites reddidit, ac mansuetos; Rei autē bellicae virtu-
te fulgentes, quae sunt in imperio, in statu ciuitatis ab hostiū
vi & tumultu firmant, & tuentur; hos buccinarū ad ar-
ma, illos gallorū ad studia cantus exsuscitat, illi actionē, isti
aciē instruunt; hi in propagandis, illi uero in regendis finib.
exercentur. Quae obrē ita vinculum quoddā habet com-
mune, & quasi cognatione quadā inter se continetur lite-
rarū studium, & ars militaris, ut quae harum altera prae-
stantior habeatur & palmam ferat, sit in summorū uiro-
rum cōtrouersia positum, & adhuc (ut cū V enusino Poeta
loquar) sub iudice lis sit. Quae propter hic firmata iā etate,
cum primum ingenia facilius sciri, & dignosci possunt ita
in utramq; artem incumbendum curauit, ut controuersia
omnē diremerit, seq; ipsum & litterarū studijs, & bellicae
rei gloria reddiderit insignem. Si n. litteras armis, eum pri-
mas ferentem, si bellicam artem litteris proposueris eū nul-
li secundum, uerē & iure affirmaris. Testes sunt Impera-
toriae dignitates, testes sunt tum domi, tum foris in Ma-
gistratus.

gistratus. Nam ut honos est premium uirtutis, ita eū, qui
 per omnes honorum gradus ascendit, omni quoq; uirtutū
 genere cumulatus fuerit, necesse est. Quod si quis est
 qui subtilius, ac paulo diligentius perquirere instituat, re-
 periet profecto multis seculis nullum extitisse qui ad cele-
 berrimos, diuinosq; Heroas uiuēdi ratione, & meritis pro-
 priis accesserit. Primum. n. si uirtutes, quibus dignitates pro-
 meruit, ad quas ij solum euocantur, qui hinc illinc meritis
 effulgeāt, ob oculos ponamus, facile erit inuenire eas in hoc
 uno ueluti in peculiari quodam alumno sedē, ac domiciliū
 collocasse. Ea est hominū conditio, ea humana uita deprauata
 consuetudo, ut sine Prudētia, quæ quid in quaq; re ue-
 rissimum, atq; expetendum sit, docet, sine Iustitia quæ suū
 unicuiq; tribuit, sine fortitudine, qua duce quæcumq; im-
 minent mort alibus fortiter, atq; alacri animo, pericula su-
 stinentur, sine Tēperantia, quæ cupiditates omnes, animeq;
 motus moderatur, dies rectē ac honestē transigi nullo modo
 possint. Quotus aut quisq; est qui Iacobum Superantium
 his omnibus uirtutibus micantē non nouerit, non Pruden-
 tissimum, Iustissimum, Fortissimum, Temperantissimum
 predicarit? Prudentiæ munus, cuius proprium, ac peculia-
 re est, ut habet Comicus in Adelphis, non quod ante pedes
 modo, uidere; sed etiam illa, quæ futura sunt prospicere, ui-
 ris quidē omnibus, sed ijs in primis necessariū uidetur, qui
 Magistratibus, ac dignitatum gradibus cæteris plurimū
 antecellūt. Neq; n. alia ratione, ut arbitrorū Ægyptio suis
 Hieroglyphicis oculum in sceptro Regio designabant, nisi
 ut in summis uiris Prudentiam, tanquā Reipubl. excu-
 bantē ac prospicientem oculum, sitam, locatāq; esse debere,

significarent. Quod cum annuere uellent ueteres quidam
pictores, Ianum biformē, ceu bicipitem effinxerunt, non (ut
aliquibus placet) quòd Italos, qui ferinis adhuc erant mori-
bus ad honesta uitae genus reuocarit, non (quod alijs magis
arridet) quia Pater Latina, & Graecae linguae crederetur,
sed quod propius ad rē nostram, facit ut solertiam, pruden-
tiamq; clarorū uirorū edoceret, siquidem Prudentis est pra-
e-rit a nosse, futura uerò multò antè providere, quemadmo-
dum Anteuorta, & Postuorta, diuinitatis scilicet aptissime
comites apud Romanos summo semper honore habitae fue-
runt, quae res locum dedit adagio, πρόσω, ἠὲ ὀπίσω,
à fronte & à tergo, quod est diligenter inspicere & praete-
rita cum presentibus, & futuris comparare. Oculus pro-
fecto iste, gemina ista facies, Auditores, in hoc uno sagacis-
simo uiro a deo sese mortalium oculis offerebant, ut nihil hu-
mile, nihil vulgare, nihil angustū, omnia excelsa, ampla, di-
uina prorsus dixerit, cōsuluerit, perpetrarit, quis. n. ignores,
qua sagacitate, quo consilio, quo mentis acumine Turcarū
impetum represserit, cū classis, marisq; curā suscepisset,
ut omnium rerum ad maritimum bellum necessariorum
copia suppeteret? quibus praecclare gestis cū omnium opinio-
ne consenserit, qui non nisi summo ingenio, summaq; uirtute
coniuncta facinora futura sperabant? Non est cur singul-
latim illa recensceatur, quae tunc tēporis prudētissime gessit,
quae sola sui nominis famā in omnia saecula dissiparet, quā
doquidē felix quidē ille, at immeritus, ac indignus exitus,
quē aīo prorsus abiecto, qui mox sublimis, erectusq; erat,
penē profligatus hostis habuit, ut se Nauarrinū reciperet,
atq; ouantē propemodū, ac uictoriam reportantē inuictissi-

mum Ducem effugerit, nō sine lacrymis ac oīum dolore in
 memoriā reuocari pōt. Video, Auditores, benignè admodū
 ad meā orationē aures uestras patere, atq; facile audiendi
 molestiā sustinere, quā obrē ne uestra hac humanitate abu-
 ti videar ad ipsas nunc alias uirtutes, Iustitiā, Fortitu-
 dinē, ac Temperantiā, quib. maxime p̄stabat, breuiter per-
 currēdas, accedo. Iustitiā Plato eo dialogo qui Ὀρατοῖ vel
 περὶ Φιλοσοφίας inscribitur, tāti faciēdā putauit, ut uno
 Iustitiæ nomine reliquas uirtutes morales cōplecti uiderē-
 tur, ita ut, qui Iustitiā teneat, non sit cur uirtutē ullā præ-
 terea requirat. Memoria p̄ditū est, Magistratuū statuas à
 Thebanis ita formari solitas ut Iudiciū imagines sine mani-
 bus, Principū uero sine oculis essent, ut admonerēt, nimirū,
 Iustitiæ illud à natura insitū esse debere, ut incorrupta sit,
 neq; p̄cio, precib. aut aliene ulli uoluptati cedat, aut aliqb.
 animi motionib. flectatur. Æquissimus aut̄ hic Heros in oī
 publico munere, si quauis administratione Reip. nihil aliud
 spectauit, nisi qd̄ Iustitia postulasset, ratio p̄cepisset, consciē-
 tia proposuisset. Quot ille Ciuiles intra domesticos parietes
 plurimis in locis, tumultus, sola p̄sentia extinxit? quot p̄stā-
 tissimos uiros odio acerbissimo excitatos, cōciliauit? quot ur-
 bes legib. seu firmissimis qbusdā militib. sapit, et muniuit?
 ut uel ipse Solō, Priēnensisq; Bias sanctiss. eius integerrim-
 isq; decretis loco fortasse ceaserint? Iidē apud Ægyptios
 (si qua Æliano fides est adhibenda) Iudices erāt, q̄ Sacer-
 dotes, quorū Princeps natu, quē oīum opt. atq; æquissimū eē
 oportebat, circa collū imaginē ex saphiro gēma cōfectā, ge-
 stabat, ueritatis nomine nuncupatā. Verū non gēma confe-
 ctam sed in animo, mētēq; fixā ueritatē (licet Democriti
 dicto

d. Et in profundo demersa sit) circumferebat hic Iudex,
qui uitæ sanctitate morum integritate, religione, & pietate
diuinus quidam summus minister videbatur. Est fortitu-
dinis proprium, & magnitudinis animi nihil extimescere,
omnia humana despicere, nihil quod homini accidere possit,
intolerandū putare, neq; n. poterit esse celsus, & erectus quis
piam, & ea quæ mortalibus contingere possunt, omnia parua
ducere, nisi bona uniuersa sibi in se posita censeat, & Bian-
tis sententiam secutus, aureis insculpendā monumentis om-
nia sua secum portet. Stoicus ille Philosophus Epictotus,
cuius quidem morū, ac uitæ tanta fuit admiratio, ut lucer-
na eius fctilis propter summā auctoritatē tribus drach-
marum millibus uenierit, duobus his uerbis ἀπέχεσθαι
& ἀπέχεσθαι sustine, & abstine, omnē rectē, honesteq; uiuendi
rationem cōtineri, affirmauit. ita ut si quis duo hæc uerba,
quæ hominem ab hominum communi face, ac sorde secer-
nunt, & longè nobilitore reddunt, cordi habeat, non cedat
malis, sed contrā audentior exurgat, flocifaciat uoluptates,
morem quidē honestæ bonorum gesserit, omnium uoluntati,
& uitam tranquillissimam, atq; optatissimam traduxerit.
Nanq; (mentiar si negem) rectē ille.

Quidquid erit, superanda omnis fortuna fe-
rendo est.

Quod sufferre fuit durum, meminisse iuuabit.

Quare si quis est, qui nullo infortunio prematur, nulla
molestia afficiatur, acerbitatis nihil in uita sustineat; is
profecto omnium præclarissimam uirtutem fortitudinem
in se desiderari patiatur, necesse est. Quid ergo Illustrissi-
mus hic uir beatus, omnibus scilicet uirtutibus excultus
fuiset,

fuisset, nisi aduersæ fortunæ fluctibus paulisper iactatus,
 Dei O. M. consilio, qui omnia sapientissime regit, ac mode-
 ratur, molestia aliquid hausisset quidem, at eam animi
 magnitudinem, præsetulisset, ut aduersis pariter, ac secūdis
 in rebus, eadem animi alacritate atq; præstantia, qua So-
 cratem Xantippe uxor domum redeuntē uidebat, non hu-
 mile quidquam unquam, sed sublimia omnia semper cogi-
 tarii? Tantum se rebus aduersis Darius, Xerxis pater debe-
 re fatebatur, ut prælijs, ac rebus asperis Prudentiam, lau-
 demq; omnem, qua ad cælum usq; fuerat ellatus, retulerit
 acceptam. Proponite quæso uobis ante oculos hominē, qui-
 cum prosperè res agatur, qui nihil non optabile sit consecu-
 tus, qui nullos infensæ fortunæ ictus tulerit, nullas calami-
 tates sustinuerit, secundū uitæ sine ulla offensione, cursum
 tenuerit non ille profectò fortis, non Constantis nomen con-
 sequetur, nihil. n. disertissimi Oratoris sententia pro domo
 sua, in omni uita ad laudem illustrius, quàm ipsa Calami-
 tas esse potest: Perspicite cuius laudis iacturam patiatur,
 quæ eximia in eo uirtus desideretur. Quid? si uestri iuris
 essetis, Auditores, atq; ab omni prorsus cura, seiuncta, ab
 omni molestia uita uobis remota, proponeretur, itanè per-
 suasum foret, ut potius nullo uitæ discrimine, nullis Infor-
 tunijs, et incommodis, Constantis fortisq; uiri laudem cō-
 temneritis, quàm ut aliqua molestia, atq; calamitate bene
 uitæ huius miserrimæ curriculum percurrentes, magnani-
 mis, fortibusq; uiris præmia, atq; encomia proposita, conse-
 queremini? Facestant procul hinc, quotquot, (si qui sunt)
 in hanc sententiam uenerunt, qui non honori seruiunt, qui
 laudis, ac gloriæ igniculos, quos omnium animis natura in-

scuit, non sentiant. *Habuit ergò inclitum hoc Reipubl. lumen, cur calamitatibus ageret gratias, quæ facilem, ac solum ad eam virtutem aditum, patefecerunt, quæ homines ad omnes casus, qui humanæ vitæ impendent, firmos, munitosq; reddit. Sed aliud quoddam est, quod omnes suspicere, ac prædicare solent, quod nimirum cum hac Fortitudine Iustitia ac Prudentia, Temperantiam quoq; coniunxerit, quam peculiarem Principum virtutem Agesilaus ille magnus Lacedæmoniorum Rex esse putavit. Sæpe numero voluptates, maiores animi partes à virtute, cuius in regno non possunt, consistere, detorquerent, & mentem à sua sedè remouerent, nisi Una Temperantia, libidinum inimica, motus animi appetentes regeret, ac sedaret, qui. n. voluptatem quæ tanquam dulci veneno pleriq; pereunt, summum bonum constituunt, esse temperantes nullo modo possunt. Ornatur quidem diuinis laudibus Antisthenis Atheniensis, Socratici Philosophi, incredibilis prorsus Temperantia. eo. n. vsq; animum, cogitationemq; à voluptate abduxerat, ut diceret se, malle insanire, quàm voluptate affici, quod insaniam medicus plerumq; auferrat, voluptas autem cum æquè mentem eripiat homini, malum sit, cui vix medella possit adhiberi. At nulla ætas silentio inuoluet, quam per omne vitæ tempus temperantia significationem dederit uir modestissimus quæ omnium sibi animos ubi vis locorum adiunxit, omnium hominum studia, & voluntates comparauit. Sint hæc cum alijs compluribus Clariss. uiris fortasse communia, honores certè, ac Magistratus, quos pro Reip. lumine ac incolumitate gloriosissime suscepit, eum inter cæteros ardentius emicantem.*

tem, ac peculiarem quemdā præstantissimum uirum red-
 diderunt. His igitur animi, fortunæq; bonos per illustres cū
 primū per ætatem aditū ad dignitates præcipuas obeun-
 das patefieri licuit, eam sibi uia ad maximos honores stru-
 xit, ut plurimi etiam non petenti, ultrò deferrentur. Et ut
 Hesperus inter sidera, sic inter Honestissimos Reipubl. Se-
 natores, præcipuè fulgeret. Repetite quæso iucundissima re-
 cordatione, Auditores, & breui ueluti quodā compediolo,
 ne longa suscipiatur oratio, eas dignitates attingamus, quib.
 gradatim, ad ea quæ summa sunt in Republ. fuit euectus.
 Et ut priori loco quæ extra domesticos parietes, gessit, percē-
 seantur, quis eū non uideat legationes omnes, quæ non nisi
 Clariss. Reipubl. luminibus, spectatissimisq; uiris, atq; in
 Repub. administranda maximè uersatis, demandari solēt
 ea omnium admiratione, ea Principū lætitia, ac uoluptate su-
 scipientē, ut ad eos ille sæpius accesserit, illū ij sæpius postula-
 rint? Testis est urbinatā dux inuictissimus, quo ex mune-
 re laudem sibi peperit immortalē. Testis est Odoardus, qui
 summo cū imperio eo tempore Angliā obtinebat, quocū ita
 præclarè se gessit, ita rectè ac honorificè uitā transegit, ut in
 Equitum numerū fuerit ascriptus, cuius apud Romanos
 tāta erat auctoritas, ut angusto clauo, hoc est annulo aureo
 Equestri loco nati à plebe distinguerentur, ita ut Magonē
 quemdā Panum cū in Curiam Chartaginensium tres an-
 nulorū modios, quos Canensiclade collegerat Annibal dux
 ille fortissimus, effunderet, dixisse ferant, summā eo prælio,
 Romanorū summorum iacturā factam, cum nemini nisi
 Equiti Romano, atq; eorū ipsorū primoribus aurei annullo
 atq; equi publici liceret insignia ferre; cuius generis homi-

nibus tantū etiam Rescribuit, ut *¶* Senatorias vestes, &
peculiare quoddā tantæ dignitatis signū per omne uitæ tē-
pus perlibenter conceſſerit Testis est *Enricus* huius nomi-
nis secundus, Gallorū Rex Christianissimus, qui se tum de-
mum vel ipſo *Macedone Philippo* præstantiorē gloriaba-
tur, cum eloquentiorē, atq; in rebus agendis peritiorē orato-
rē susciperet; Testis est inuictissimus Romanorū Impera-
tor *Ferdinandus* ille semp *Augustus*, qui egregijs actionib.
perspicuisq; Virtutū signis, excitatus, cū celeberrimo Equi-
tum numero adiunxit, ut duplici Equestri ordine insigni-
tus fuerit, qui omnibus hinc, inde uirtutū ornamentis præsta-
ret. Testes sunt *Turcarū illi Solinus*, & *Sulianus* Impera-
tores, apud quos summa semper fuit auctoritate, summo
loco habitus, summis præmijs, ac honoribus decoratus. Te-
stis est *Beatissimus Pius* ille *IV. Pontifex, Maximorum*
Maximus, & nomine, & re Sanctissimus, qui *Venetum*
hunc eo loco habuit Oratorē, ut in illo amando nemini con-
cederet, in ancipiti rerū statu eius sententiā exquireret, quæ
optimis, ac firmissimis rationibus nitetur, intima animi
sensa cōicaret, optatis annueret, muneribus et honestaret.
Habent modò *Venetiarū* Oratores, ubi *Romæ* domicilium
collocent, pulcherrimū *Vrbis* palatium; habuit illud *Iaco-*
bis Superantius (quæ *Pij* fuit humanitas) muneris loco,
quod ego tanti facio, ut uel hoc solo munere præstantissimū il-
lum prædicē. Neq; conferri ab diuinis hmoi uiris mune-
ra nisi in eos solent, qui meritis, eximjsq; functionibus, Prin-
cipum gratiā, beneuolentiāq; sibi conciliarit. Siquidē, si a
quo proficiſcatur, perscruteris; ab omniū *Maximo Pontifi-*
ce proficiſci uideas; si in quē donū conferatur, interroges,

Jacobum Superatium cognoscas, meritiſſimū. ſ. virū, atq;
omni laude inſignem: ſi cām inquiras, diuina propemodū
merita, p̄clariffima facinora, Pontificis benignitatē, intuea-
re: ſi tēporis rationē inueſtigas, tunc primū collatū cōſpi-
cias, cūm eius nominis fama ad ultimas uſq; terrarū par-
tes peruehebatur, ſed ad ipſos p̄cipuē Pontificis domesticos
lares, peruenerat: ſi muneris tandē magnitudinē indages,
eā tantam intelligas, ut pauca admodū ſint, quæ cum hoc
ornatiſſimo, ac maximo palatio cōparari queant. Sed dies
meo uox, latera deficerent, ſi quā ex legationibus ſuſceptis
eximiā laudē tulerit, quos ampliſſimos honores fuerit ade-
ptus, quā egregiē in Praturis gerendis Maſtratus pro
ſua, Reiq; publicæ dignitate adminiſtrarit ſingillatim nūc
uellē recenſere. Teſtes. n. adhiberē Brixiā, Patauiumq;
urbes ampliſſimas, quas in ipſa anona, rerūq; omniū penu-
ria, quo tēpore res oēs tanti pretij erant, ut incommodis mul-
tis uexari, oēs cogentur, proprijs ſumptibus, atq; impēdijs
ita ſubleuauit, ut nihil, aut certē parum detrimenti paſſe
ſint, quin eum Patriæ conſeruatorē, ac Parentē, ſucclama-
rint. Teſtes exponerē Ciuitates omnes, omnes regiones, quæ
illū Continentis ſummū Imperatorē conſpexerunt, ad quā
dignitatē olim apud Romanos nemo, niſi re bene geſta, atq;
aliquot millibus externorū hoſtium caſis, euehebatur, quo
in munere animi Firmitatē, Conſtantiā, & magnitudinē
ita apertē declarauit, ut omnes tibi uis locorum homines
ſuum ſtudiū, gratiam, & beneuolentiā in hunc unum con-
ferrent honeſtandū, ſeq; tum demūm beatos eſſe putarent,
tum tanti uiri conſpectu fruereſent. Teſtem producerem
Mariam diuinam illam feminā Imperatricem Sereniſſ.

quæ sui plurimum se debere fatebatur, à quo ita honorificè, ac liberaliter per omnes quæ Venetiarū subderentur imperio, regiones, fuerat tractata. Sed ignoscite. Aud. neq; n. ea, qua ille, eloquentia floreo, ut singula nunc diutius prosequi possim. Vos rerū magnitudinē uidetis, quam obrē dicētis etiam tenuit atē, cōsiderate. Hæc sunt & alia plurima, quæ foris pro Reip. splendore præter omnē expectationē, perpetravit. Sed quos domi honores obierit, quibus dignitatibus fuerit perfunctus, cumulatè prorsus me uno uerbo explicaturum, opinor, si dixerò nullū fuisse dignitatis gradū, quē nō attigerit; nullū decus, quod non fuerit assecutus. Sæpe. n. (ut plurimos omittam) Rogatis Clariss. uiris fuit adiunctus; sæpe in Decē virorum numerū relatus: Decies, atq; eò amplius in summi Concilij sapientū ordinē adscriptus, qui sapientum illorū septem instar Græcorū uniuersam Ciuitatem Venetiarū sapientissimè moderantur; Consiliarius suffectus, qui non Remp. hanc solū; sed totū penè orbē consilijs gubernasset, Communi omniū salutē atq; incolumitati consulens; Nauali præfectus; ad Procuratoriā tandem dignitatē, qua nulla in orbe superior eo tempore, quo apud Turcarum Imperatorē Legationem obibat, omniū ferè calculis, nullo non gestiente fuit euocatus, qui quidē uno omnium ore, cōmuni honorū letitia uigesimo, atq; altero ab hinc anno, Principem, summāq; dignitatē, attigisset (quinq; n. tantum desiderabantur suffragia) nisi Ultrò libens cessisset, eo consilio ut deinceps uitā ab omni cura, molestiaq; seiunctā oibus functus honoribus, quibus præterea nullus, salutē animæ consulens, omnē curā, cogitationēq; ad Deum Opt. Max. conuertens, summa animi tranquillitate traduceret.

ceret. Qua uiuendi rōne eam in Deū pietatis, in Rēp bene-
 uolentiæ, Christianæ Religionis, liberalitatis, in Pauperes
 cōmiserationis significatiōne dedit, ut diuinus quidā uir è
 celo profectus nō mortālē uitam degens, uideretur. Quare
 cūm eo usq; ætatis processisset, ut tanquā à carceribus octo-
 gesimū, atq; alterū annū agens ad metā uitæ perueniret,
 ingrauescente iā morbo, cursu uitæ penè cōfecto, & hone-
 stissimè absoluto, cū ea lege oēs creatos cognosceret, ut mor-
 te sint exstinguendi, & ueluti è quodā corporis Ergastulo
 soluendi, tum quæ ad diuinū cultū spectant, sanctissimè in-
 stitutis, tum quos habuit domesticos, atq; aulicos (habet
 autē pro rei dignitate plurimos) omnibus liberaliter, ac be-
 nignè tractatis, Ecclesiæ Sacramentis uitā sibi ad perennem
 uitā muniens, mortifero urgente morbo, incredibili oīum
 merore, diē obiit. Accedant nūc disertissimi quiq; uiri, sum-
 miq; Oratores, qui excellentē hunc uirū laudibus efferant,
 quos ille per oēs annos subterfugit, ac ingenioli mei imbecil-
 litatē, quod sentio quā sit exiguū, qua ueluti rudi quodā
 pennicillo tam eximias huius Herois uirtutes, effinxi, opti-
 mo dicēdi genere, cōpensent. Quadere non possum nō mirifi-
 cas, ac immortales, Soloni Philosopho, ac Valerio Publico-
 le, gratias agere, quorū ille primū Græcis, Romanis alter p-
 clarū sanè institutū iniunxit, ut funerea, lugubresq; oratio-
 nes, q̄ præclarissimorū Ciuū laudes, atq; inclita facinora
 celebrarent, ab eloquenti uiro recitarentur. Et quidē si ullo
 unquā tēpore, ipso p̄fertim extremo uitæ die, laudabiliter
 actæ uitæ exponēdæ, opportuna sese offert occasio. Vt n. in
 Græcis illis ludis Præconis uox ouātē, ac propositā Cor. pro
 rei magnitudine, meritorūq; loco referētē post ipsū susceptū

certamē Victore declarabat, mirificisq; encomijs efferebat, haud secus rationi consentaneū uidetur, ut ij, quos ad ea q̄ summa sunt in Republ. uirtus extulit, qui sese in recta uiuendi rōne exercuerunt, praclarā, honestamq; uitā peregerunt, q̄ quidē certamen quoddā est, quod cū uoluptatibus, illecebris, calamitatibus, q̄ peculiare sunt mortalīū, alijsq; pluribus aduersis rebus, sepius inſtituitur, oculis omnīū aperiantur, oīum linguis, ac sermonibus illustrentur, semp in ore, animoq; habeātur, tūm ut singula uirtutes, eximiaq; animi dotes nō simul cū corpore extinguantur, sed in hominū memoria retineantur, aeternaq; laude illustrentur, tūm ut nō desint ex maioribus, quorū uestigijs Iuuenes inherēāt, eosq; sibi imitando proponāt, ut cū hinc exceſſerint, non aeternā ignominiae labem, sed immortale decus, consequantur. Quāobrem Auditores (ut tandē ad id quod initio pollicitus sum mea conuertatur oratio) cedendū dolori censeo, eripiendas curas, molestias amouendas, quas ex tā ri uiri obitu, uniuersus pene orbis sustinuit, reuocandi sunt animi, erigendae sunt mentes; qd. n. erat terra, terrae reliquie humandum, qd. caeleſte, ac diuinū, bonorum oīum largitori Deo cōmendauit. Cetera obliuione deleātur, uirtutes certe, quasi hereditariae uigebunt memoria seculorū oīum, nulla unquā aetate consenescent. Quid ergo est q̄ conficiamur lacrymis? in squallore, & luctu uerſemur? Plato sapiētissime quidē in praestantū uirorū obitu procul esse lacrymas, suis legibus sanciuit. Neq; n. illud dolere aequum esse putabar, qd. nullo modo subterfugi, ac tuitari possit. Solonem quodq; memoriae traditū est, cū iā uita deficeret, suppliciter cum domesticis ac cognatis egisse, ne eū demortuū flerent. Opina-

batur.

batur. *f. stultum quid esse in eos luctus incumbere, qui mul-
tā aut defunctis aut illis, qui uitā agerent utilitatē afferre
possent. Socrates etiā uxori muliebriter cōploranti, dicētiq;
mi uir innocens morieris? quid inquit, uxor, nūm me nacen-
tem malles huius lucis vsurā amittere? Mors bonorum ob
hoc ipsum minus plorāda est, qđ meritorū uberrimū apud
posterōs fructū consequuntur. Hęc nos cogitatio nō medio-
criter cōfirmet, qđ aliquis Sapientū dixisse fertur, Tunc
mori nos incipere cū nascimur, desinere mori, cū mori-
mur. Thracum nos instatū consoletur, quibus moris erat
filiōrū ortus lacrymis uberrimis, cōi omnium merore sus-
cipere, extremū uero uitę diem summa letitia, ludis, ac uo-
luptatibus maximis celebrare, ut testatum apud omnes re-
linquerent, quo illi gaudio profunderentur, quo tempore mi-
serrimam hanc cum perenni illa uita commutabant. Si. n.
(quę Menandri fuit opinio) lacrymis queant defuncto-
rum corpora ad uitam reuocari, nullum lacrymis modū
faciamus, nunquam lacrymis abstineamus. Sed*

Heu, rigidum ius est, & ineuitabile mortis.

Panditur ad nullas Ianua nigra preces.

Telicet orantem Fuscę Deus audiat aulae

Nempē tuas lacrymas littora surda bibent.

Quin potius ad Prępotentem Deum mentis oculos, con-
uertamus, mirificas de tanto uiro Reip. collatę, qđ tandiu
nobiscū incolumem, ac sospitem cōseruarit quod oībus ani-
mi fortunęq; bonis illustrarit, quod ad se demum euoca-
rit, agamus, habeamusq; grātiās. Tu atq; beatissime Heros,
qui modo sempiterno æuo iucundissima, purissimaq; volu-
ptate una cum Angelicis illis spiritibus perfrueris, tandem

aliquando

aliquando Religioſa Chriſtianeq; uitae ampliffimam mercedem referens, nimum mihi admodum tribuenti tua illa benignitate, qua fretus, arduum ſanè ac laborioſum hoc onus ſuſcepi, veniam humaniſſimà dabis: Neq; n. hac ideo à me cōmemorata ſunt, quia ſperarem oratione mea, ſatis pro meritis, ac amplitudine poſſe laudabiliter actam uitam tuam, exornari, quod longè maioris ingenij, ac dicendi facultatis, munus eſſet. verum ut aliqua ex parte mihi ipſi, tuorūq; in me magnitudini meritorū ſatis facerem, quae tātā ſunt, ut quidquid tum literarum, tum morū in ea omnium artium refertiſſima officina, quo me in loco imbuendum curaviſti, optimorum inſtitutorum cura, diuturniſq; vigilijs mihi comparavi, tibi omne ſit acceptum referendum. quadedere tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſolvere difficile eſt. Verbis autem licet rudibus ac imperitis, patitur res ſatis fieri, cum re nullo modo ipſa, gratiae referri poſſint; Ignoscite & vos Auditores, ſi forte crocitant inter ſuauiſſimas luſcinias, cornici; gingrienti inter canoros cycnos, anſeri; obſtrepenti ueluti inter blandas ſynenas, cicadae, aures mihi tam facile, ac benignè praeuiſtis. Huc n. eo acceſſi conſilio ut Clariff. viri laudes recolentes, mortē quidem eius aliquanto mitius feramus, ſed praefertim ut recenti me vobis beneficiorum vincula obſtringeretis, eſſet quod veſtra humanitas ignoſceret, quod benignitas mihi veſtra condonaret.

D I X I.

7

93 063625